



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Abbas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743



H

COMPENDIVM QVÆSTIONVM REGVLARIVM R. Patris Emanuelis Roderici, ordine Alphabetico per Aphorismos digestum.

A B B A S.

Vide Agere, Alienare, Altaria,
Beneficium, Benedicere, Sepul-
tura; Studium.

BENEDICTIO Abba-
sis non est iterabilis, sicut
nec multa Sacramentalia,
ut benedictio nuptialis, &c. Se-
cundus est de benedictione Abbatissæ
lögè minori & simpliciori: hac enim
mutato Monasterio licetè iteratur,
secundum Bonifacium, qui fuit Au-
ditor Rotæ, & Felinum. tom. I. quest.
I 2. art. 3.

Benedictio Abbatis, non est
A adeò

A B B A S.

ad eò necessaria , quin sine ea ele-
ctus omnibus & singulis honoribus
præminentius, priuilegiis , præro-
gatiuis , iuribus , & insigniis Abba-
tialibus , benedicto competentibus,
gaudere queat , ex concessione Eugenij

4. & July 2.

Imò & minores Ordines confer-
re , non secus , quam si illi benedi-
ctionis munus fuisset impensum , ibi-
dem , art. 2. & 4.

Potest Abbas populum solem-
niter benedicere in Ecclesiis sibi
pleno iure subiectis ; aliis autem in
locis non , nisi ex priuilegio specia-
li , quæst. 8. art. 1.

Et minores Ordines , non Obstan-
te desuetudine , etiam longi tempo-
ris : ex concessione facta Cistertien-
sibus conferre , sed subditis tantum .
ut resoluit Conc. Trid. ibid.

Vnde si Monachus etiam cum li-
centia proprij Abbatis , ab alio or-
dinetur , licet characterem recipiat ,
non consequitur tamen liberam su-
cepti Ordinis executionem .

Innocentius 8. dedit etiam ali-
quando prædictis Cistertiensibus
facultatem Diaconatum , & Subdia-
conatum

A B B A S.

3

conatum conferendi: sed hoc postea
reuocauit Concilium Tridentinum, ac
proinde nequeunt vti hoc priuile-
gio, vbi Decreta Concilij sunt recepta
art. 3. & 4.

Possunt tamen ybique dare suis
subditis dimissorias, eosque mittere
ordinandos ad quemlibet Episco-
pum, prout concesserunt Leo 10. &
Paul. 3. Id enim non est contra Con-
cil. sacra Cardinalium Congregatione
ita declarante. art. 5.

Abbas cōmendatarius perpetuus
omnia illa in actibus capitularibus
licitē exequitur; quæ proprius; quā-
doquidem sit verè Prælatus. tom. 2.
quæst. 52, art. 8.

Quamuis iuxta mentem Concil.
Trid. non deceat talem præfici, qui
non est professus in eodem Ordine,
art. 9.

A B B A T I S S A.

Vide Eligere, Suspensio, Visitare.

Abbatissa non dicitur Prælata,
Acum sit incapax iurisdictionis
spiritualis. Et hinc fit, quod ne-
queat suis præcepta spiritualia im-
ponere, vt Prælati Religiosorum,

A 2 sed